Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et huiusmodi. Nam uidemus oua ex gal-
linis pascentibus mala esse: et odorem
atque saporem herbarum quibus uescuntur
hre. Et oua gallinarum et aliarum auium
que a gallo et suis masculis non calcantur
Ab Aristotele oua uenti dicuntur: quia non
sunt prolifica: minoris existunt boni-
tatis, quam oua auium suis masculis subcum-
bencium, que prolifica sunt: quia ex
naturali caliditate seminis masculi,
reduntur oua melioris substantie &
laudabilioris nutrimenti, et facilioris
digestionis. Oua anatis: anseris: pauo-
nis, structionis, et similium: mali sunt
nutrimenti: grauem habent odorem, et sto-
maco fastidium faciunt. Oua recentia
sunt meliora: et quanto plurium dierum
sunt: tanto minoris bonitatis existunt.
¶ Oua & ex diuerso preparandi arti-
ficio: diuersam bonitatem et malitiam
sortiuntur. Debent equidem oua tem-
perate decoqui, ut sint tenera, et sor-
bilia: quia copta nimis usque ad duriciem,
dure sunt digestionis, et malos hu-